

*Privilegium Frederici imperatoris de concessione totius quod habet Ecclesia Esculana, cuius anima sit benedicta.*

In Dei nomine, amen. Hec est copia cuiusdam privilegii imperialis muniti vera aurea bulla pendente, tenor cuius talis est:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator austus.

Inter varia humane condictionis <sup>(a)</sup> vota ex <sup>(b)</sup> opera hoc potissimum fore censemus ad salutem animarum, si ecclesiis Dei et ecclesiasticis personis sollertie nostre studium efficaciter impendentes, eas non solum in iure suo conservamus, verum <sup>(c)</sup> dispersa recolligendo <sup>(d)</sup>, facta reconsolidando et que in presentiarum possident <sup>(e)</sup> feliciter augendo, imperiali virtute fovemus ac defensamus. Attendentes igitur laudum titulos probatamque honestatem <sup>(f)</sup> venerabilis Esculane Ecclesie, que licet prope fines Imperii nostri <sup>(f)</sup> longe sita sit, tamen lucem bone opinionis sue nobis cominus effundit; libenter etiam anuentes <sup>(g)</sup> precibus dilecti nostri Reinaldi <sup>(h)</sup> eiusdem Ecclesie ipiscopi <sup>(i)</sup>, ad exemplum predecessorum nostrorum divisorum regum atque imperatorum Heinrici tertii et Lotharii <sup>(j)</sup> tertii et regis Cuonardi secundi patrui nostri, notum facimus <sup>(k)</sup> successure posteritati quam presentium industrie, quod nos prescriptam Ecclesiam et prenominatum episcopum et congregationem eius immo perpetuum || (c. 194r - CLXXXVIIIr) et successores eorum et omnia ipsorum

---

<sup>(a)</sup> Q' conditionis  
<sup>(e)</sup> Q' possidentur  
Rainaldi

<sup>(b)</sup> Q' et  
<sup>(f)</sup> Q' nostri  
A e Q' episcopi

<sup>(c)</sup> Q' e A segue etiam  
<sup>(g)</sup> A annuentes  
<sup>(j)</sup> Q' Lotherii

<sup>(d)</sup> Q' recolligenda  
<sup>(h)</sup> Q'  
<sup>(k)</sup> A segue tam  
<sup>(l)</sup> A in

bona mobilia et inmobilia, que nunc habent vel in posterum, pre-  
stante Domino, iuste peterunt<sup>(m)</sup> adipisci, sub protectione defensio-  
nis nostre suscepimus et ex mera liberalitate atque consentia<sup>(n)</sup> con-  
cedimus eis atque donamus et imperiali autoritate<sup>(o)</sup> confirmamus  
omnia iura Ecclesie sue, que vel<sup>(p)</sup> nunc habent vel t(em)pore<sup>(q)</sup>  
suo vel predecessorum suorum neglecta sunt et nominatim totam  
terram Mutorum, Colle paganum, Sempam<sup>(r)</sup>, Silvam Planam<sup>(s)</sup>,  
Ysclam<sup>(t)</sup>, Pharaonem cum omnibus adiecentiis<sup>(u)</sup> et pertinentiis<sup>(v)</sup>  
suis; comitatum quoque Esculanum ex integro omnesque pertinenti-  
as quas vel modo tenunt<sup>(w)</sup> vel de iure tenere debent; et civitatem  
Esculanam cum toto imperiali districtu, nec non familiis omnibus  
que pertinentiis suis; monasterium, videlicet Sancti Angeli in eadem  
civitate constructum, quod iuris nostri esse dinoscitur; monasterium  
etiam Sancte Marie in Monte Sancto edificatum; monasterium Sancti  
Laurentii iuxta castrum Trione positum cum omnibus pertinentiis suis;  
monasterium Sancti Petri in Cerreto<sup>(x)</sup>, quod Transaricus filius<sup>(y)</sup>  
Theodini pro remedio anime sue Esculane Ecclesie et episcopo de-  
dit; terram quam<sup>(z)</sup> quoque Otmundus filius Otmundi eidem Eccle-  
sie dedit et terram de Summati, quam Mainardus filius Gisolfi<sup>(aa)</sup>  
(<sup>bb</sup>)

Falunbaria, Rudolphus cancellarius.

Signum <sup>(aa)</sup> domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M)

Ego Getefredus <sup>(bb)</sup>, imperialis aule cancellarius, vice Phylippi Coloniensis archyepiscopi et Ytalie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis .M°C°LXXX°V°.,  
indictione .III., renante <sup>(cc)</sup> domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius .XXX°III°., Imperii vero .XXXII.

Datum apud Cucurionem, in territorio Spolintano <sup>(dd)</sup>, in nomine Domini,. .XIII. kalendas octobris.

Quam copiam et omnia supra et singula trasscripsi, copiavi et exemplavi ego Iacobuctius Iacobi Nicolay Abbamontis, publicus notarius constitutus, prout in autentico privilegio inveni, nil adito vel diminuto cum consentia mea forsitan puncto vel silaba, set diligenter exultato de verbo ad verbum cum sapienti et discreto viro notario Mainecto Thom(assii) Mathey, nil inventum quod mutet vel vitiet dictum privilegium, ad petitionem fratris Humilis syndici co(mmun)is Esculi cuius interest, set cum consentia de licentia et mandato sapientis et dilecti viri domini Andree domini Iohannis de Mevania, honorabilis potestatis civitatis Esculi, sub anno Domini .M°CCC°. primo, indictione quartadecima et die undecimo mensis nove(m)bris, t(em)pore domini Bonifatii pape octavi. Actum in palatio dicti co(mmun)is, presentibus domino notario Manecto rogatu et de mandato dicti domini potestatis de subscriptione, Guilielmo domicello domini episcopi, notario Iacobo Bart(holome)i Cataldi, domino Alesandro iudice dicti domini potestatis et aliis pluribus testibus, publicavi et in pub<l>icam formam reddegi et meum signum posui. || (c. 195r - CLXXXXr)

In Dei nomine, amen. Eodem anno, indictione, mense, die, loco et dictis testibus. Ego Manictus Thomasi, publicus notarius constitutus, de licentia, mandato, aucto<r>itate et commissione mihi facta a supra-dicto domino Andrea potestate civitatis Esculi, de subscribendo in hac copia ad maiorem cautelam et sufficientiam et ad hoc ut supra-dicta copia verius credatur, subscrispsi et meum solitum signum posui.